


NVMMVS SOCIALIS
 REGINÆ ANGLIÆ, GAL-
 liæ Regis & Statuum confœderatorum Belgij: cu-
 sus post Caletum ab Hispaniæ Rege.
 captum, Anno Chri-
 sti 1596.



Cupato ab Hispanis Caletò ingens terror, nec im-
 meritò Anglos invasit: siquidem hostem insensi-
 simum iam suis incumbentem litoribus in conspe-
 ctu haberent: eique hanc opportunitatem oblatam
 viderent: ut classem quam in Hispania construebat;
 securius emittere, & à tempestate pariter, atque im-
 petu hostili defendere possiet, in portus huius sinum
 receptam. Non minus interim Heroïna Angla cum
 suis ad resistendum sese parat: & quia periculum ab
 Hispano impendere Gallos quoque, & Belgas concernere videbatur, ad
 foedus ineundum eos sollicitat: paratos invenit. Concipiuntur confœdera-
 tionis aliquot capita: quæ Regis Vicarius Mareschallus Turrenius in An-
 gliam traiciens à Gallis inviolata fore, iure iurando sancit: vicissim Co-
 mes Salebriensis Rhotomagi Elisabethæ nomine eodem sacramento fidem
 devicit: inque arctioris nexus symbolum Ordinis Poplitarij cingulum Re-
 gio offert. His ordines Batavorum non ægrè se jungunt: cum rebus suis præ-
 clarè consultum animadverterent, si vires Hispani quaqua versus allide-
 rentur. Atq; hoc vinculi illud arctum est, tenax, indissolubile, quod nummi facies an-
 tica monstrat: postica neg. conatibus hisce ceptisq; præclaris de futurum se bovam arguit:
 sed di.